128

129

Vadio similis Summa aliorum Triginta florenorum polonicalium. Pro quo citatus existens coram Officio praeti Castrensi Capitan. Branscensi in primo Citationis Termino tanquam peremptorio peremptorie stare parere respondere pro vadio succumbere acceptis omnibus satisfacere ac iudicatum pati suis cum successoribus tenebitur. Eundem Terminum primum peremptum et alios omnes subsequentes Causae eiusdem Terminos Nullis Contrarijs exceptionibus allegationibus Dilationibus Evasionibusque infirmitatibus motionibus appellationibus ac earum quibusvis prosequutionibus praemissa evadere volendo imo se omnibus in universum istis remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando submissione sua et suorum successorum totius integrae Causae Huic sua personali recognitione mediante.

Woyno Quietatio.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Matthias filius Nobilis Petri Koscio Camerarij Terrae Bielscensis sanus mente et corpore existens a foro suo proprio Terrestri aliaque quavis iurisdictione competenti recedendo Huic vero foro et iurisdictioni Castrensi Capitan. Branscensi secum bonis omnibus Suaeque successoribus suis totaliter incorporando et subijciendo palam publice ac libere verbisque recognouit se lex... (?)

128

Quia sibi Nobilis Martinus filius olim Nobilis Valentini Woyno Summam Centum quinquaginta florenorum Polonicalium debite residuitatem bonis possessorem eius siue per inscriptionem sibi super interceisam inscripti realiter et ex integro persoluit ideo ipsum et praefata Summa Centum quinquaginta florenorum polonicalium quietat emittit et liberum facit Inscriptionemque cum eius ligamentis cassat mortificat et annihilat perpetuis temporibus Hac sua personali recognitione in praemissis omnibus mediante.

Generosi Wyszynsky Malinowo et Kuczyno Troianowo Intromissio

Ministerialis Regni Generalis Prouidus Albertus Ziesocki una cum duobus Nobilibus Alberto et Nicolao Waclawi Wyszynskiemi coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Zacroczimensi personaliter stans palam ac libere recognouit Quia ipse feria secunda post festum Natiuitatis Gloriosae Virginis Mariae proxime praeterito condescendendo ad Bona Malinowo Kuczyno Troianowo et Troianowko ibidem Generosum Joannem filium olim Generosi Philippi Wyszynski in Nauole Wyssonki etci haeredem in omnia et singula bona mobilia et immobilia in praedictis